

Curatio. & 48. *Vapulavit multis: qui autem non cognovit, & fecit digna plagis, vapulavit paucis.* Propert. lib. 2. Eleg. 34. vers. 12. *In tanto vivere flagitio.* Plaut. in *Pseudol.* Act. 5. scen. 1. vers. 3. *Si cecidero, vestrum erit flagitium.* Et Cicero. *Actio.* 4. in *Verr. Flagitiosæ libidines.* Aliquando ut vidimus supr. num. 18. peccatum accipitur pro idololatriâ; tuncque modus exprimit, diciturque *curatio*, seu *incuratio*; quæ acceptio apud Profanos non est, uti Ethnicos, et si adorationem ita demonstrent. Ovid. lib. 1. *Metam.* fabul. 7. *Pronus adorat.* Et Propert. lib. 4. Eleg. 7. vers. 27. *Quis nostro curvum resumere vidit?* In sacris passim. Isai. 2. 9. *Incurvavit se homo.* Matth. 4. 9. *Si cadens adoraveris me.* Unde Lactant. lib. 2. cap. 13. *Qui curvant celeste animal ad veneranda terrena.* Quapropter peccatum iuxta connotationes varias, varia accipit nomina (uti astruximus) & vocum discrimina; ut plurimumque dicitur *Malum*. Proverb. 20. 14. *Malum est, malum est:* id est, pessimum, iniquum, improbum, scelestum, pravum, nequam, malignum, malitiosum, & offensivum iuxta connotata.

Lactant. 22 Voluntarium etiam variè multifariamque sumitur. Latè accipit Seneca præ impetu, vel tendentia in obiecta sensualia. *Habet homo* (inquit Seneca *Epist.* 76.) *impetum & motum voluntarium? & bestia & vermes.* Non formaliter secundum rationem perfectam, ut cum D. Thom. in 3. *Ethicor.* lect. 4. & 5. dicunt Philosophi in scholis, sed ad similitudinem hominis: igitur hic sequitur rationem, illa naturam: quapropter sequentes naturam taxat Iudas in *Epist.* vers. 10. dicens: *Quæcumque autem naturaliter tanquam muta animalia norunt, in his corrumpuntur.* Unde Angel. Doctor *Opusc.* 58. cap. 1. signat in actione voluntaria radicem, naturam scilicet, virtutem & libidinem. Peccatum dicebant Gentiles, quod malitiâ fiebat, tuncque voluntarium dicebatur: ceterum si ignorantia, vel casu, aut aliqua, est levi, coactione, aut frustratione; quia involuntarium, quasi non prævisum, vel maximum scelus dicebant errorem. Seneca in *Hercul.* Oetæo, vers. 884. & in *Furent.* vers. 1236.

Malum. *Quid volentarium? Senecæ.* *Haud est nocens, quicumque non spontè est nocens, Sæpe error ingens sceleris obtinuit locum.*

Iud. vers. 10 D. Thom. *Dionysius Halicarnasæus lib. 1. Rom. Antiq.* astruit: *Omne peccatum involuntarium veniam meretur.* Sophocles in *Oedip.* in *Colon.* vers. 541.

Epist. involuntarium? *Invitus quidem: Horum autem voluntarium nullum. Peccavi, si quid hoc peccatum existimas.*

Senecæ. *Plura diximus hic Tautolog.* 3. num. 30. favet sæpe cogitationi Ovidius, maxime lib. 3. *Trist.* Eleg. 6. à vers. 25. iuccinens:

Iaque ita, si nullum scelus est in peccatore nostro; Principiumque mei criminis error erit. Nil igitur referam nisi me peccasse: sed illo Præmia peccato nulla petita mihi. Stultitiamque meum crimen debere vocari, Nomina si factò reddere vera velis.

Ovid. Ita igitur vocabant huiusmodi peccatum voluntarium & non voluntarium. Voluntarium, quia à voluntate factum: involuntarium, quia non ab ipsis impulsu propostum, sicut cum Paulus exprimit legem carnis & mentis, fomitem concupiscentiæ latentis, & consensum à voluntate exposcentis, & resistentiæ obiurgantis & repellentis rationis. Rom. 7. à vers. 14. *Venudatus sub peccato. Quod enim operor non intelligo: non enim quod volo, hoc ago; sed quod odi malum, illud facio, &c.*

Pugna appetitas sensu & rationali. Rom. 7. 15. *Verfor in rota miser, Iactator, crucior, agitor, stimulator. Exanimor, feror, differor, distrabor, deripior. Ita nubilam mentem animi habeo. Ubi sum, ubi non sum. Ubi non sum, ibi est animus. Ita mihi omnia ingenia sunt; quod lubet, non lubet. Amor ludificat, fugat, agit, appetit, Raptat, retinet, lætatur. Largitur; quod dat non dat: deludit: Modo quod suscit, dissuadet: quod dissuadet, id ostentat. Ita me frangit amentem.*

Plaut. *Hæc Plautus vivide & floride in Cistellar.* Act. 2. scen. 1. à vers. 4. Seneca de *Tranquill. animi*, cap. 1. inquit: *Tam bonorum, quam malorum longa conversatio. Hæc animi inter*

ter utrumque dubij, nec ad recta fortiter, nec ad prava vergentis, infirmitas qualis sit. Dicam quæ accidant mihi: tu morbo nomen invenies.

Uteque carina, Quam ventus, ventoque rapit contrarius aestus, Vin geminam sentit, paræque incerta duobus; Ovidius, *Thestias haud aliter dubijs affectibus errat.*

Canit Ovidius lib. 7. *Metam.* fabul. 25. Viæ quæ diximus *Tom.* 1. *Tautolog.* 2. *Didas.* 4. num. 4-3. *Taut.* 2. num. 4. Et Clardian. de 4. *Consul. Honor.* à vers. 259. Ita ergo quia factum crimen, dicebant Ethnici voluntarium; & involuntarium, quia à concupiscentia sua abstracti & illecti. Unde Sophocles ubi supr. & in *Oedip. Tyrann.* vers. 1144. ait: *Apparebunt mala voluntaria, & non voluntaria.* Et Euripid. in *Epiphigen in Taur.* vers. 512. *Aliquomodo non volens, volens.* Ita Prov. 13. 4. *Vult & non vult piger.* Hebr. *Vult & non:* igitur ut ait hic ingeniosè Alapid. *Nevolus & multivolus est.*

23 Hinc quia excusare nequibant voluntarietatem peccati, necessitatem in flagitia cogitaverunt, attribuentes Dijs & fato, quicquid voluntate, proposito, ac electione moti perpetrabant. Homerus *Odyss.* 1. vers. 545. & Plaut. in *Anul.* Act. 4. scen. 10. vers. 12.

Quocumque mens impellitur, non sanè cantores In causa sunt, sed Iupiter in causa est, Qui suggerit, ita ut velit unicuique.

Virgilius 12. Aeneid. vers. 610. *Coniugis attonitus fati.* Ovidius 3. *Metam.* fab. 7. *Si fata vetabant, Effusus miseri sine crimine; forsque quærenda, Non celanda foret, lachrymeque pudore careret.*

Senecæ. sæpe in *Tragedijs* iterat: in *Oedip.* vers. 980. & 1019. in *Thebaid.* vers. 205. & in *Hercul.* Oetæo, vers. 981.

Fatis agimur: cedit fati. Non sollicita possunt cura Mutare rati stamina fusi. Quidquid patimur mortale genus; Quicquid facimus, venit ex alto Non ea Deo vertisse licet. Fati ista culpa est: nemo sit fato nocens. Innocens es dijs quoque invitis.

Claudian. 3. de *Rapt. Proserp.* vers. 297. *Catullus, Epigram.* 69. vers. 102. simulque *Lucan.* 2. *Pbarf.* vers. 288.

Crimen erit Superis, & me fecisse nocentem. Liceat cognoscere sortem: Hoc tantum liceat, certos habuisse furoros. Scire peto, quæ forma mali: fatumque putabo, Non scelus. Et Dijs invitis desinis esse miser.

Ovidius ubi supr. num. 22. & Propertius lib. 2. Eleg. 32. vers. 1. *accusant oculos* (quod frigidius nihil invenitur.) *Nec breve, nec tutum est, quo sint mea, dicere, casu Lumina funesti conscia facta mali. Qui videt, is peccat; qui non te viderit, ergo Non cupiet: facti crimina lumen habet.*

Plura videtis apud AA. sed stolidos. Tzet. *Histor.* 12. Sophocles id *Oedip. Tyrann.* vers. 480. & in *Antigon.* vers. 175. Euripid. in *Phœnis.* vers. 957. & in *Heracida.* vers. 612. Apollon. lib. 1. *Argonaut.* à vers. 120. Æschyl. in *Prometh.* à vers. 505. Virgil. 7. *Aeneid.* vers. 319. & 10. à vers. 110. Unde Aul. Gellius ex *Chryssippo lib. 6. cap. 2. inquit: Fatum est sempiterna quadam, & indeclinabilis series rerum, & catena volvens semetipsa sese, & implicans per æternos consequentiæ ordines, ex quibus apta conexaque est.* Unde ab *Aufonio Edyl.* 2. introducuntur *Heroinæ de Cupidine querulæ,* dicentisque;

Crimine visa suo Venere factura nocentem;

Ipsæ

Auson.

Ipsa intercedunt Heroides, & sua quaque Funera crudeli malunt adscribere fato.

Ridet Augustinus in Psalm. 91. Accusant (inquit) fatum. Fatum meum me duxit: dicit. Cum dixeris illi: Quare fecisti? Quare peccasti? Et ille, fato meo malo, ne dicat, Ego feci, iam manus ad Deum tendit, lingua blasphemat. Quæris ab illo: Quid sit fatum? Et dicit: Stella mala. Quæris ab illo, quis fecit stellas? Non habet quid tibi respondeat, nisi, Deus. Restat ergo, ut sive per transeannam, sive per cannam longam, sive per proximum, Deum accuset: & cum Deus puniat peccata, Deum faciat autorem peccatorum. Idem asserit de Continentia, cap. 5. ubi belle subdit: Qualis ergo demerita est, disputationes suas rationi tribuere, & actiones suas casibus subingere? Ridet etiam loc. cit. Psalm. quod modo etiam inter Christianos viget. Si non est valde impius, ad manum Satanam habet, quem accuset. Satanæ fecit, dicit: ipse mihi persuasit: quasi Satanæ habeat potestatem cogendi. Astutiam suadendi habet: sed si Satanæ loqueretur, & taceret Deus; haberes, unde te excusares: modo aures tue posita sunt inter montem Deum, & suggerentem serpente: quare huc stectunt, quare hinc avertuntur? Non cessat Satanæ suadere malum; nec Deus cessat admonere bonum. Satanæ autem non cogit invitum. In tua potestate est consentire, aut non consentire. Si aliquis per suadente Satanæ, mali fecerit; dimittit Satanam, accusate, ut accusatione tua Dei misericordiam merearis. Cognovit etiam vel qui tot fatua, ut vidimus, dixit, Seneca scilicet: igitur in Hippolyt. vers. 139.

Augustin.

Ridet a Carbolici.

Qui sepe no fato, sed per suasionem satanae peccata excusare intendunt.

Senec.

Obscare primum est velle, nec labi via. Fudor est secundus, nosse peccandi modum. Quid misera pergis? Quid domum infamem gravas, Superasque matrem? Maius est monstro nefas; Nam monstra fato, moribus scelera imputes.

Quid sit voluntas. Augustin.

24 Ithæ Ethnici cogitaverant, sed locuti sunt falsa; ut excusarent crimina, uti potè fati violentia involuntaria. Voluntarium seu ultroone proprie dicitur, quod facit homo motu & electione propria. Quapropter Augustinus. 1. Retract. cap. 15. Voluntas (inquit) est animi motus, cogente nullo ad aliquid vel non amittendum, vel adipiscendum. Necessè est, ut liberè agens nullis sit inductus suasionibus, consilijs, aut persuasionibus aliorum: multò minus terrore aliquo, aut metu coactus. Hinc quavis ad peccatum necessaria sit cognitio & voluntas; quia multoties malicia actus plene non cognoscitur, quod dicitur ignorantia; vel aliter cognoscitur, quod dicitur error (de quo fusè egimus Tautolog. 3. à num. 29.) et si voluntarium, voluntarium diminuit: equidem homo quit peccare ex imperfecta deliberatione, & imperfecta indeliberatione, ex perfecta indeliberatione, atque etiam ex perfecta deliberatione tuncque dicitur voluntarium perfectum planè, propriè, & plene, supposita cognitione. Peccatum autem ita voluntarium est; ut ni voluntarium, non esset peccatum; ut ait Augustinus, ubi dandum cap. 13. Verissima (inquit) diffinitio est: quavis & illa qua immeritò non voluntaria peccata dicuntur (dicuntur quia vel à nescientibus, vel à coactis perpetrantur) non omninò possunt sine voluntate committi; quoniam & ille qui peccat ignorans, voluntariè utique peccat, quod cum faciendum non sit, putat esse faciendum. Et ille qui concupiscente adversus spiritum carne, non ea qua vult, facit; concupiscente quidem nolens, & in eo non facit quod vult, sed si vincitur, concupiscentia consentit volens, & in eo non facit nisi quod vult, liber scilicet iustitia, servusque peccati. Et illud quod in parvulis dicitur originale peccatum, cum adhuc non utantur libero arbitrio voluntatis, non absurdè vocatur etiam voluntarium; quia ex primi hominis mala voluntate contractum. Peccatum autem originale et si voluntarium, non dicitur voluntarium; sed natura voluntarium solummodo voluntate capitis, seu originis, non voluntate propria, quæ nequit esse ante existentiam; ut ait idem ibid. cap. 12. & 15. Nec ideo inferatur, quod Durandus astruit in 2. Distinct. 30. quæst. 2. n. 6. Originale propriè peccatum non esse, quia non propriè voluntarium; siquidem propriè voluntarium est, et si voluntate non proprià. Nec etiam, quod Capreolus præf. loc. Magistri quæst. 1. art. 3. nimirum, esse tantum peccatum extrinsecus, eo modo quo voluntarium, voluntate solummodo primi parentis, vel quasi analogicè, quia dicit respectum ad peccatum, quod admittit Adamus; ut cogitavit Ricardus Distinct. 32. quæst. 2. art. 3. siquidem propriè peccatum, & propriè voluntarium; quod sequitur privatio iustitiæ debita, & gratiæ simul atque amicitia Dei. Vide Sotum lib. 1. de Natur. & grat. cap. 8. & 9. & Anselm. de Concept. Virgin. cap. 27.

Quotuplex ad peccati deliberatio, & indeliberatio

Ni voluntarium, nulli peccatum. Augustin.

Etiam originale.

Propriè voluntarium, et si voluntate non proprià.

Ergo

25 Ergo iam ad auctoritatem Eccl. Quam bonum est, correptum manifestare penitentiam! Sic enim effugies voluntarium peccatum. Quid hic per voluntarium intelligendum, cum omne peccatum sit voluntarium, expositione indiget. Pinna hic asserit, dici peccatum voluntarium, respectu peccati originalis: contraque diximus peccatum originale, et si non propriè voluntate, esse propriè voluntarium. Lyræ peccatum voluntarium dicit peccatum actuale; quasi peccata quæ non actualia, essent involuntaria. Alij perseverantiam in peccato: sed minime dicunt, cur vocetur peccatum voluntarium, maxime cum possit esse perseverantia in peccatum, quin novum peccatum sit, & peccatum semper voluntarium. Quapropter hic voluntarium arbitror malitiosum: igitur non utcuque peccat, sed exprimit deliberationem perfectissimam. Sumitur tunc concretum pro abstracto: voluntarium pro voluntate, malitiosum pro malicia, malignum pro malignitate; quod aliquando videmus in sacra pagina. Luc. 1. 35. Ideoque & quod nascetur ex te sanctum: id est, ipsa sanctitas. Isai. 51. 5. Prope est iustus, egressus Salvator meus: hoc est, iustitia & salus; sicut subdit cap. 56. 1. Iuxta est salus mea ut veniat; & iustitia mea, ut reveletur. Hebr. abstractivè etiam habetur loco priore. 2. Cor. 5. 19. Deus (nimirum Deitas) erat in Christo mundum reconcilians sibi. Quo intelliges illud Hymn. Te Deum laudamus, ubi: Tu ad liberandum suscepturus hominem, &c. id est, humanitatem: qua phrasi etiam non sine nota, sed dilucitur ita, usus est Ludov. Vives ad cap. 17. lib. 9. August. de Civ. Dei. Unde sensus testimonij est: cum correctus de peccato fueris, respice: aliis non effugies notam malitiæ peccati, igitur constabit factum plenè deliberatione, malignè, ac malitiosè commissum. Quo sensu voluntarium sumitur pro malitioso, pravo scilicet animo, & crimine cognito. 2. Machab. 14. 3. ubi de pessimo Alcimo dicitur: Voluntariè coinquinatus est. Et ad Hebr. 10. 26. de quo infr. Voluntariè peccantibus.

Eccl. 20. 4.

Lyr.

Voluntariè pro malitioso.

Concretum pro abstracto.

2. Mach. 14. 3.

26 Hinc optime Marzilla supr. num. 17. distinguit peccatum inter voluntarium & non voluntarium, ignorantiam scilicet & superbiam: non quia quod per ignorantiam peccatum, voluntarium non sit; sed quia voluntas prava non defenditur, qua defensione non tantum exprimitur voluntarium, sed inolefcit & gliscit, inò aliud peccatum acerrimè fovet. Ne valeant aliquid (inquit Augustin. de Continentia, cap. 5.) mortifera suggestiones, quibus instigat insuper peccatorem, ad sua excusanda, potius quam excusanda peccata: ac sic illa vulnera non modò non sanentur, verum etiam est mortifera non erant, graviter & lethaliter instigantur. Quid enim malignius his verbis, quibus malus malum se negat, etiam de opere malo convictus, quod negare non valet? Quoniam factum non potest tegere, nec bene factum potest dicere, & à se factum videt patere; nolens se esse reum, addit potius ad reatum: & sua excusando, non accusando peccata, ignorat non se penam removere, sed veniam. Hæc Augustinus: non minus aurea, quæ in proposito profert Bernardus serm. 42. in Cantic. num. 3. Plerumque (inquit) impatientia contemptus iungitur; ita ut aliquis non solum non curet corrigi obiurgatus, sed insuper obiurganti indignetur, more phrenetici manum medici repellentis. Mira perversitas! Medicanti irascitur, qui non irascitur sagittanti. Est enim, qui sagittat in obscuro rectos corde, qui & teipsum nunc sagittavit ad mortem; & in illum non commoveris? Mihi indignaris, qui sanum te fieri cupio? Irascimini (inquit) & nolite peccare. Si peccato irascaris non solum mihi peccas; sed & quod peccaras, exterminas. Hunc vero & peccatum retines, medicamentum respicendo, & peccare apponis, irrationabiliter irascendo, & es supra modum peccans peccatum. Volui, nimirum, perimere hostem, & eripere fratrem; & non feci sic, magis autem & contrarium accidit: ut non modò impatienter ferat, quod corripitur, sed etiam id unde reprehenditur, imprudenter defendat. Hoc planè desperatio. Læsi animum, & culpam auxit.

Augustin.

Defensione gliscit peccatum.

Perversitas & horribilitas. Bernard.

Qui incurritur.

27 Claret expositio: igitur si optimum, per penitentiam retractare voluntatem peccati; pessimum utique, peccati excusatione, seu defensione exprimere malignantem voluntatem. Quare voluntarium peccatum nil aliud est, quam voluntas peccati: siquidem peccatum est, quousque retractetur voluntas. Penitentia & confessione peccatum non defenditur: si non defenditur, cognoscitur. Cognitum corrigitur, & emendatur: quare peccator & convictus & correptus non exprimens penitentiam, adhuc in voluntate admisi peccati permanet, quo non removel penam, sed corripientis misericordiam; quandoquidem fovens pristinam lapsum in crimina voluntatem, respuit peccati aversionem. Peccatum poterat cogitari factum ignorantia, aut errore: quod licet tunc voluntarium, non dicitur voluntarium respectivè, igitur non ignorans erraret, modò co-

Voluntariè contra ignorantiam & errorem.

Ccc

gno

gnosceret: patetque per penitentiam, non commissurum, si cognosceret ut culpam. Unde peccatum quod perpetrari quibat imprudentiâ, errore, ignorantia, fragilitate, iam voluntarium, id est, sine excusatione claret, quia factum deliberatione plenâ, atque perfectâ malitiâ; siquidem placet, quod displicere deberet, vel cui placet, cognoscit, velit nolit. Hic igitur voluntarium non sumitur pro libenter, ut in Psal. 53. 8. *Voluntariè sacrificabo.* Et 2. Mach. 6. 19. *Voluntariè præbat ad supplicium:* nec pro opposito violentiæ & coactioni. Psal. 67. 10. *Pluviam voluntariam.* Philemon. vers. 14. *Ne velut ex necessitate, sed voluntarium.* Iacob. 1. 18. *Voluntariè genuit nos.* & sic aliâ Exod. 35. 5. Amos 4. 5. 1. Esdr. 1. 4. Etiam apud Profanos. Plaut. in *Stich.* 53. 8. *Voluntariè* vers. 2. *Nec voluntate id facere meminit, & in Milit.* Act. 4. scen. 3. vers. 31. *Quin si voluntate nolent.* & apud Cicer. Epist. 13. ad *Atticum.* Cæsar. lib. 3. de *Bell. Civili.* Tacit. *Annal.* 4. cap. 4. & Tit. Liv. passim, *Miles voluntarius.* Sed accipitur pro cognitione clara, & motu in actum propriâ inclinatione propter finem, præut ut definit voluntarium D. Thomas 1. p. q. 105. art. 4. & pluribus alijs in loc. tuncque est perfecta malitia: qua de causa Paulus ad Hebr. 10. ait: *Voluntariè enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hostia.*

Voluntariè pro libenter, sponte & non coactè.

Pro motu in actum propriâ propter finem.

Hebr. 10. 26.

28 Variè vexat ingenia Interpretum, cum omne peccatum sit voluntarium, quid significet *Voluntariè peccantibus?* Mirum in modum variant auctores, quorum sententias referre non vacat. Videtis Alap. tam hic, quam vers. 6. cap. 6. Caietan. Ribera, & Salmer. maxime Benedic. Iulianian. hic, num. 11. Bifariam exponi quit textus. Primo, per Christi mortem non solum peccatum originale, chirographum adversus nos esse deletum; quod quidem peccatum utpote nature, respectivè ad actualia, est voluntarium, non dicitur voluntarium, nisi voluntate capitis; sed omne peccatum, ut ait Baptista Ioann. 1. 29. & ibid. Paulus vers. 14. *Una enim oblatione consummavit in impieternum sanctificatos:* aliâ, si tantum originale peccatum esset expulsum, & abolitum, non relinqueretur hostia pro voluntariè peccantibus. Pro univeris peccatis sese Dominus obtulit in cruce, pro originali, & personalibus actis & futuris. Semel Christus passus est: non necessaria pro voluntariè peccantibus alia mors. Mors illi ultra non dominabitur: & cum minimè possit mori ultra; ni semel omnia peccata deleta, iam pro voluntariè peccantibus nulla relinquatur in propitiationem hostia.

Voluntariè pro voluntate propriâ

Voluntariè pro actione, deliberatione plenâ.

Augustin.

Unde lapsi penitentia impossibilitatis

29 Secundo, & aptius, iuxta dicta, sumpto voluntario pro malitioso, persistentiâ in malo, & defensione peccati, plenâ deliberatione; quod constat ex texture igitur non solum dicit, *Voluntariè peccantibus, sed post acceptam notitiam veritatis* igitur tunc nulla excusatio est, qua possit dici involuntariè factum, diminutione voluntarij vel coactione, vel ignorantia, per quas apud homines quod voluntarium, involuntarium dicitur, uti taxat Augustinus lib. 1. *Retract.* cap. 15. *Quod enim (ait) si nolisset, non fecisset, non coactus est facere. Quia voluit ergo, fecit; est non quia voluit, peccavit, nesciens peccatum esse, quod fecit. Ita nec tale peccatum sine voluntate esse potuit; sed voluntate facti, non voluntate peccati. Quod tamen factum, peccatum fuit: hoc enim factum est, quod fieri non debuit. Quisquis autem sciens peccat, si potest cogenti ad peccatum resistere sine peccato, nec tamen facit; utique volens peccat: quoniam qui potest resistere, non cogitur cedere. Unde voluntariè errantibus, & minimè respicientibus, imò etiam post notitiam veritatis, in malis perseverantibus, nulla relinquatur hostia, quippe nulla erit propitiatio, neque venia. Hoc intuitu cap. 6. vers. 4. dicit: *Impossibile est, eos, qui semel sunt illuminati, &c. rursus renovari in penitentiam.* Perperam criminum erit penitentia, dum placent peccata; & impossibilis detestatio, dum constituitur à complacentia defensio. Ita delicandum Ecclesiasticè testimonium. Si peccati, respicere. Optimum est pro penitentiam fateri peccasse, sed ignorantia, aut errore; non voluntariè, id est, malitiosè peccasse: alioquin peccatum cognosceret voluntarium, quod non cognitum, quousque defensionem. Sic enim effugitur malignitatis nota, quia latebat errantem aut ignorantem peccati noticia: verum si fuerit persistentiâ post acceptam notitiam veritatis, erit venia, sicut penitentia criminis impossibilis.*

1. Ioann. 5. 16. 17.

30 Lucem hæc accipit testimonium difficile Ioannis. *Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem; petat, & dabitur ei vita, peccanti non ad mortem. Est peccatum ad mortem: non pro illo dico, ut roget quis. Omnis iniquitas peccatum est; & est peccatum ad mortem.* Si omnis iniquitas peccatum est, & mortale peccatum; quid in mortali peccato peccatum ad mortem & peccatum non ad mortem? Vel

Vel de morte corporis loquitur, vel de morte animæ. Si de morte corporis, est peccatum, quod in anima perseverat usque in corporis mortem, & tunc dici non potest, *Qui scit fratrem suum peccare huiusmodi peccatum ad mortem:* tum quia vivit; & si vivit, minimè erit usque ad mortem: tum quia potest respicere, quandiu vixerit: unde post mortem, & non ante mortem potest cognosci peccatum ad mortem. Si de morte animæ, omne peccatum mortale animæ protectò mors. Si veniale, non mors affimæ: qua ergo lege dicitur, *Dabitur ei vita,* si qui leviter peccat, vitam habet? Caietanus *Ientacul.* 8. quest. 3. signat peccatum non ad mortem esse peccatum ex ignorantia, vel ex infirmitate, affectu, aut passione: peccatum verò ad mortem, esse peccatum ex contemptu salutis æternæ. Qui ita vivunt iudicandi sunt tanquam vas perditum. Occumenius censet peccatum non in mortem esse gravem culpam: & peccatum ad mortem in illa perseverantiam. Hilarius in *Psalm.* 140. esse peccatum quod meditatè & ex malitia committitur. Gregor. Magn. lib. 25. in *Iob.* cap. 28. *Peccatum, quod per penitentiam non emendatur. Peccatum ad mortem est peccatum usque ad mortem.* Alij alia, de quibus consuletis Lorinum, & Alap. hic. Nos ergo iuxta Gregor. & Evangelistam exponemus: nimirum, est omne peccatum voluntarium; non alicui voluntarium, quod ex coactione, violentiâ, errore vel ignorantia, quippe *voluntate facti, non voluntate peccati,* uti dixit Augustinus. Hinc Paulus fatetur peccatum, sed subdit: *Ignorans feci.* Et in peccato numerandi populum, dicitur: *Ioab innotuit exequetur regis imperium.* Daniel de duobus presbyteris: *Sic faciebatis filiabus Israël, & ille timentes loquebantur vobis.* Peccatum voluntarium dicitur; quod malitiosè patrat; & cognitum ut peccatum, ut non peccatum defenditur. Discrimen claret ex ipso Ioannis contextu. *Omnis iniquitas peccatum est: & est peccatum ad mortem.* Iniquitas est peccatum, sed non peccatum ad mortem; si qui peccat, respicit, & ut peccatum in penitentiam cognoscit. Est iniquitas peccatum lethale, & etiam ad mortem; si defenditur perpetrata malitia, ac in defensione statuitur persistentia. Qui cognoscit, potest oratione Sanctorum, & gratiâ Dei revocari in vitam: qui non cognoscit, nequit revocari in penitentiam. Primum est voluntarium voluntate facti. Secundum & voluntate facti, & voluntate peccati, quod propriè voluntarium peccatum. Unde in correptione suadet Siracides per penitentiam fugere peccatum voluntarium; quia erit peccatum ad mortem, quod deleri quibat per penitentiam: quapropter superflua oratio, ubi peccati defensio: etenim cum displicentia facti, & intentionis, sit necessaria in virtutem penitentiam; non agnoscentes culpam uti culpam, impossibile est rursus revocari in penitentiam.

Quodam peccatum ad mortem?

Greg. Mag. Discrimen inter voluntate facti, & voluntatem peccati. 1. Tim. 1. 13. 1. Paralip. 21. 6. Dan. 13. 57.

Inter peccatum in mortem, & ad mortem.

Quomodo ex primo fit gradus ad secundum.

Unde obediatur peccati?

Damnus dea sensonij peccati.

Ist. 24. 12. Cur sic peccator confertur ericis?

31 Habes enim tria difficilia testimonia, genuinè, quantum arbitror, perspicua: verum antequàm roboretur expositio, videndum ex Gregorio & Bernardo, quomodo iniquitas, quæ animæ mortem infert, transit in peccatum ad mortem. Omne quippe peccatum (ait ille lib. 25. in *Iob.* cap. 9.) quod tamen penitendo non tergitur, aut peccatum est, & causa peccati; aut peccatum & pena peccati. Peccatum autem quod penitentia non diluit, ipso suo pondere mox ad aliud trahit. Unde fit, ut non solum peccatum sit; sed peccatum & causa peccati. Ex illo quippe vitio culpa subsequens oritur, ex quo cæcata mens ducitur, ut peius ex alio ligetur; sed peccatum quod ex peccato oritur, non iam peccatum tantummodo, sed peccatum est, & pena peccati; quia iusto iudicio omnipotens Deus cor peccantis obnubilat; ut precedentis peccati merito, in alijs cadat. Quom enim liberare voluit, deserendo percussit. Non ergo immeritò pena peccati dicitur, quod iusta desuper irrogata cecitate, ex precedentis peccati ultione perpetratur: quod videlicet agitur dispositione superius ordinata; sed inferius iniquitate confusa, ut & precedentis culpa sit causa subsequens; & rursus culpa subsequens sit pena precedentis. Hæc Gregorius: subscribitque Bernardus Tom. 5. *Serm. 3. de Nativit. Domini.* num. 8. *Ripus est (Ægypti, id est, tenebrarum) defensio peccatorum. Nihil sic exasperat iram divinam. A quo enim certamine nos certamus cum Domino; cum defendimus, quod odit: cum nobis placet, quod displicet illi. Magna quidem differentia inter superbum & humilem peccatorem. Cum illum despicit, hunc respicit; quia humilia respicit, & alia à longè cognoscit. Quando sanari poterit, qui medicinam spernit, medicum conculcat, & infirmam substantiam contrariorem receptione succendit? Tu dicis malum bonum, amarum dulce, tenebras lucem. Hæc est impietas maxima in Deum, & delictum maximum. Ibi habuit foveam ericis. Ericus ita confertissimâ spinositate densatus est, ut undique punctioribus & aculeis vestitur; ut si tenere volueris, prius videas sanguinem tuum, quam corpus suum. Sic & peccatoris caput; cum ab omnibus videtur, à nemine estimatur.*

Typus Mo-
nachi p[er]si-
mi.

1. Cor. 10.
13.
In malo per
severantia,
diabolica.
Zachar. 11.
9.

Ezech. 14.
13.
18. 24.

Isai. 24. 16.

Ibid. 48. 8.
Geminatio
per epita-
sim.

Sanct.

Senec.

Discrimen
inter erro-
rem volun-
tatis, & vo-
luntate er-
roris.

Ovid.

Martial.

Euripid.

Hesius.

Ovid.

Thren. 1. 8.
Ezech. 25.
13.

mat se videri. Si vitium refecare studeas & intentionis ingressus & excusatur & defen-
ditur: interrogat de loco & de tempore: quando factum fuerit? Parentes advocat, pa-
trocinatores querit, gravari sese iudicat, indicat recessurum, malle mori, quam pati
talia: & qua vidisti negans: & qua non vidit in te convitia retorquens. Sic spinam sen-
tis, & culpam perdis (id est, criminationem, seu increpationem) & odium incurris, nec
corrigis: & quem totum tenere putabas, totum amittis.

32 Hoccine proposito homines precipites tentatio non apprehendit humana,
quod ex suppositione facti optabat Paulus; sed diabolica, quippe diabolicum, semper
esse conversum ad semel apprehensum, ac in malitia perseverare, uti observant hic An-
selmus, & Gregor. Magn. 1. Pastoral. cap. 11. Sic plenius intelligitur illud Zachariæ,
Quod moritur, moriatur: & quod succiditur, succidatur. Qui peccavit peccatum in
anime mortem, peccet peccatum ad mortem; ut prævaricaretur prævaricans. Ezech.
14. 13. perseveretque in prævaricatione, qua prævaricatus, & in peccato suo, quod pec-
cavit: in ipsis morietur, ibid. 18. 24. Quod geminatione floridissimè promit Isaias:
Prævaricantes prævarica sunt, & prævaricatione transgressorum prævaricati sunt.
Dubium inter homines quod latet peccantium intentio, an ignorantia, fragilitate, aut
errore, voluntate facti, arrisissent crimini; verum notescit persistentia, etiam volunta-
te peccati: siquidem malitiosè prævaricati sunt, leges transgredientes; & perseverant
obsecrati in prævaricatione transgressorum, ut patet omnino voluntarium peccatum,
& peccat ad mortem, qui peccaverant in mortem: unde dicitur infr. cap. 48. Scio
enim quia prævaricans prævaricaberis. Quare Moyses, Deuter. 31. 27. Scio contentio-
nem tuam, & cervicem tuam durissimam. Et Sanctius in Ezech. 14. num. 22. subdit:
Illud Prævaricans prævaricaretur, studium vehementis, & in peccato pertinaciam indicat: id
enim valet eiusmodi geminatio.

33 Ingeniosè Seneca Epist. 95. exprimit voluntarium facti & peccati. Vis scire
(ait) quam dissimilis sit harum artium conditio? In illis excusatio est, voluntate pecca-
re, quam casu: in hac, maxima culpa est, spontè delinquere. Quod dico, tale est. Gram-
maticus non erubescit solæcismum, si sciens faciat: erubescit, si nesciens. Medicus si de-
ficere agrum non intelligit; quantum ad artem magis peccat, quam si se intelligere dis-
simulat. At in hac arte vivendi, turpior volentium culpa est. Ita culpa quæ esse volentium,
ut in medico imperito; & volentium, ut in grammatico docto. Quo clarescit
discrimen inter errorem voluntatis, & voluntatem erroris: igitur licet in utroque sit vol-
untarium, non dicitur voluntarium, nisi errare spontè. Hinc non dicitur culpa turpis,
sed turpior culpa volentium; quia utrumque turpe, sicut voluntarium: verum turpius
peccatum, peccare volentium voluntate erroris, quam errore voluntatis. Hoc est pec-
care peccatum, quod sæpe in Biblijs. Cognita malitia ambire verita & ex proposito.
Non peccatum utcumque (quod dicitur error) & cum lateat patrantis intentio, est
non sit, plectitur uti peccatum; sicuti in homicida involuntario, cui peccatum crimi-
natur, est longe à peccato, quod nequit esse sine voluntate; alijsque similiter errori-
bus multatis, de quibus plures queruntur. Ovidius 5, Trist. Eleg. 5. v. 15. & Martial.
lib. 9. Epigram. 29.

Fert tamen, ut debet, casus patientes amarus.
Conscius in culpa non scelus esse suo.
Nec poteram gratus Domino sine moribus esse:
Interiùs mentem suspicit ille Deus.

Euripides in Helen. vers. 288. & in Hippolyt. vers. 933. etiam succinit, & venustè:
Iniuste quidem, sed tamen ego culpam hanc sustineo.
Laboramus autem, quavis nulli culpa simus affines.
Guilielmus Hefius de Cbaritat. 3. Emblem. 8. & Ovidius 1. Fastor in Carmental. à
vers. 23.

Immeritas ut amans patiar sine crimine pœnas:
Pœna quidem, meriti sed patientis eris:
Non meriti pœnam pateris, sed iudicis iram:
Est aliquid magnis crimen abesse malis.
Conscia mens, ut cuique sua est, ita concepit, intra
Pectora pro factò spemque metumque suo.

Non, inquam, sic, sed pro voluntate maligna, & in malitiam proiecta. Unde Thren. 1.
Peccatum peccavit. Hoc est, proiectè peccavit, Ezech. 25. Peccavit delinquens, id est,

ex proposito & malitiosè peccavit. Osee 12. 8. Iniquitatem, quam peccavit. Baruch
6. 1. Peccata que peccasti. Sic alia infinita in Sacra pagina: qua aliquo verbo, adver-
bio, adiectivo, geminatione exprimuntur ad epitafium, ut clareat peccantis animus,
& intentio simul cum actus vel potentia extensione & intentione; ut Paulus ad Rom. 7.
13. Supra modum peccans peccatum. Euripid. in Hippolyt. vers. 320. Peccatum in te
peccavit. Sophocl. in Philoet. vers. 1282. Peccatum turpe peccans. Seneca ut vidimus su-
pr. num. 13. Feci nocens. Sic alia de quibus infr. num. seq. igitur maximè Ethnicis videri-
batur involuntarium, quod non fiebat meditandè & ex proposito, uti vidimus num. 22.

34 Licet huiusmodi geminationes optimè per exergasiam exponantur, expre-
so supposito, materia, effectu, vel actione, ut sæpe vidimus & videbimus in toto ope-
re; utique sit apud Ethnicos, ut Ovid. 13. Metam. tab. 1. Culpa delicti. Plaut. in
Rudent. Act. 4. scen. 4. vers. 120. Culpa peccavi; & in Trinum Act. 1. scen. 2. vers. 6.
Culpam castigabilem. Sophocl. in Trach. vers. 949. Crimen malum. Et Horat. 1. od. 3.
vers. 28. Fraude mala. Nihilominus tamen, quoties in Sacris geminatio invenitur peccati,
cum primis nomine & verbo, etsi voluntas transgressorum ostendatur, magis in-
notescit materia. Sumitur peccatum sæpe in Scriptura pro idolo, uti diximus num. 18.
Quapropter Peccatum nominatur, & non materia circa quam; quippe odibilis & ab-
ominabilis. Sic igitur aliquando idola dicuntur Vanitas, Psalm. 118. 37. & Dolores,
Ezech. 23. 33. Mich. 4. 9. & alibi passim: verum nullo modo idola, qua vanitates, ex
quibus adorantibus dolores & amaritudines. Modò intelligitur proclive præfata, at-
que alia testimonia. Peccatum peccavit: id est, idola adorando peccavit. 4. Reg. 21. 17.
Peccatum Manasse quod peccavit. Exod. 32. 34. In die ultionis visitabo & hoc pecca-
tum: hoc est, vituli adorationem. 3. Reg. 14. 16. Propter peccata Ieroboam: nimi-
rum, propter idola, vitulos aureos. Sic plura, de quibus in Scriptura usquequaque.
Quo dissolvitur alia, atque alia Tautologia apud Ezechielem, & Siracidem. Peccavit
delinquens. Quis si delinquit, eo modo non peccat? Peccator transgrediens mandatum
Domini, incidit in promissionem nequam. Quis namque erit mandati Domini trans-
gressor, quin fit peccator? Intellecto igitur peccato pro idololatria, & peccatore pro
idololatra diluitur pleonasmus & patet germanus sensus. Q. d. Delinquens, qui simu-
lachra adoravit: & incidit in promissionem nequam idololatra transgrediens manda-
tum Domini. Ita Tautol. 3. num. 61. exposuimus illud Psalm. 118. Prævaricantes re-
putavit omnes peccatores terre. Peccatores, scilicet idolis fervientes. Sic effectus ponit-
ur pro causa metonymicè, cuius exempla in interpretationem huiusmodi Tautologia-
rum, videris in Prolog. Galeat. §. 4. num. 10.

35 Prævaricatio longè aliter ac in Sacris, accipitur à Iurisconsultis: igitur apud
hos prævaricatio dicitur, quando qui accusat, prodita propria, transiens in patroci-
nium rei, iuvat causam adversam. leg. 1. ff. ad Senatufconsult. Turp. Ulpian. in leg.
Athletas, ff. de his qui notantur infamia. De more Romanor. consule Rosin. lib. 9. cap. 25.
& ibi Dempster. Proprie prævaricatio est natio sententia, ita ut animus modò assen-
tiat, à quo dissentiebat prius, vel e contra, uti diximus ex Plauto num. 22. Quare et si
à varietate certaminis interni, mutuo pugnantibus cogitationibus, aliqui autem
voicis originem; placet quod Horomanus in præfat. leg. ait: nimirum prævaricationem
dici à crurium varicatione; quoniam qui varicosus habet motum hinc, & hinc, & la-
terizat in locomotione, modò in dextram, modò in sinistram stectendo corpus: unde
eum qui assentit, & post dissentit, vocat prævaricatorem; quoniam hinc inde, & in
contrarium movetur, agitatur, percellitur voluptate simul, & displicitia circa placi-
tum & ultra placitum cogitatur. Sub hac metaphora David de perfidis Israëlitis Psalm.
17. 46. Mich. 4. 6. 7. & Sophon. 3. 9. asserunt idola adorantes claudicasse à sentitis.
Unde Elias sic illos alloquitur: Usquequo claudicatis in duas partes? Si Dominus est
Deus, sequimini eum: si autem Baal, sequimini illum. Id est, quousque varicabimini
in religione, modò simulachra colentes, modò Dominum Deum adorantes? Quapro-
pter de defectione à fide queritur sæpe Deus. Anima eorum variavit in me. Zachar. 11.
8. & Ieremix 5. 11. Prævaricatione prævaricata est in me domus Israël & domus Iuda:
illustrique geminatione Isai. 24. 17. Prævaricantes prævaricati sunt: & prævaricatione
transgressorum prævaricati sunt.

36 Exposita prævaricationis acceptione, quid geminationibus intendatur, pro-
mere erit pretium operæ. Huiusmodi geminatio sive fiat adiuncto nomine verbali, sive
repetito participio verbi, quod Hebræi efferrunt per infinitum (N. gr. Prævaricati sunt
pra-

Eurip.
Geminatio
in expres-
sionem animi,
& actionis

Eriam pro
materia.

Peccati pro
idolo.

Idolè apud
fideles: Ifrae-
litas inno-
minabile.

Ezech. 25.
12.
Eccles. 29.
26.
Peccator
pro idolola-
tra.
Metonymia
in Scripti.

Quid sit
prævarica-
tio iuridicè.

Physicè.

Moraliter.

4. Reg. 18.
21.

Isai. 24. 17.

Prad.

pra-

Geminatio ad exaggerationem, & resistentiam actionis.

Prævaricator pro rebellis. Arab. Maluend. Prad. Refractorio, vesfo, & no conuerso. Septuag.

Prævaricatio pro persistencia in malo.

Varietas lectæ.

Epiog. ex curs.

prævaricari) semper exaggerat vel opus, vel affectum. Hac Prado in Ezechiel 14. vers. 13. Nos iuxta dicta quæ sup.n. 31. quæ Taut. 3. an. 61. usque in 65. geminationes huiusmodi intelligimus de idololatria, quæ in prævaricantibus & prævaricatoribus causa peccati, effectus peccati & pena peccati, cum persistentia in peccato facto in mortem & ad mortem. Unde Christus obsecratis dixit: In peccato vestro moriemini. Ioan. 8. 21. igitur si peccatum summus error, defensio peccati peior priore, quia primum committere quibat homo prævaricatus errore voluntatis: & in defensione rebelicit prævaricans & prævaricator voluntate erroris. Hinc Arab. Rebellibus, qui rebellant. Syr. Sceleresti deliquerunt: perfidii perfidiam commiserunt. Oleaster: Prævaricantes prævaricationem prævaricantium prævaricati sunt. Forer. Excursores (id est, refractarii, versi, peruersi, sed non conuersi, ut Maluend. legit in Isat. 48. 8.) excurrerunt, & excursionem excursorum excurrerunt: nimirum, delicta delictis cumulando, & delictis delinquendo: ac Prado ubi supr. Quare qui ducebantur ad idola, longè ita describuntur à respicientia; ut non solum peccarent traducti in mortem; sed rebelles traductores peccarent ad mortem, defendentes iniquitatem, & retinentes memoriam mali: ut legunt Septuag. in illud Ezech. 18. Prævaricatione prævaricatus. Innuitur pertinacia, cecitas, & furor, quibus qui peccarunt, iterum atque iterum, fecerunt, adherentes pertinaciter malo, transfuge ad aliena castra animo omnino peruerso, quo iam non varicantes, seu prævaricantes modò hic, modò illic fluctantes affectum; sed claudi prorsus uno pede, quia solum in idola dirigebant animum: ut dixi num. antec. ex Prophetis. Hac acceptio etiam invenitur apud Profanos, igitur peccatum sumitur pro culpa, & prævaricatio pro persistentia, maxime in fide credita & fracta. Homer. Iliad. 9. vers. 427. Preces clauda, cum quis peccaverit, vel prævaricatus fuerit. Cicer. 1. in Verrem: Utrum te perfidiosum, an prævaricatorem existimari mavis. Denique in Flammin. Plutarch. In fide tenuit, ne qua in re peccarent, aut perfidè quid flagitiosèque perpetrarent. Clarec causa, qua reprobari à Domino Israëlita, traditque sub dura captivitate: igitur sine penitentia, voluntariè peccantibus non relinquitur hostia. Hac de litera textus.

37. Lectiones varix, ut vidimus, Tautologie principalis. Percutiat te Dominus amentia & cecitate, ac furore mentis. Pagn. Stupore cordis. Maluend. In insaniam vesania, & in cecitate, & in stupore, admiratione cordis. Septuag. Excessu mentis. Samaritan. Caligine & stupiditate mentis. Oleast. Amentia ad mentem, cecitas ad oculos, & stupore cordis, admiratione cordis. Persl. Mania & cecitate, & inquietudine cordis. Rab. Ionath. Percutiet vos sermo Domini pavore, quousque ad insaniam redigatur cerebrum, & cecitate, & cordis stupore. Modò ad mores, ne simus amentes.

ADINATON EXEGETICUM.

- 1. Amentia, & cecitate, ac furore mentis. Cuncta ex patratione criminis: equidem probat amentem, cordis cecitatem, mentisque furorem; posse frui felicitate celorum, & pro lubedine præcipitati in infernum.
2. Amentia, & cecitate, ac furore mentis. Singula in cunctis mala: quidnam in singulis cuncta?
3. Amentia & cecitate, ac furore mentis. Amentia mala; sed peior amentia, ubi furor mentis ex cecitate cordis: igitur nulla maior amentia, quam voluntaria.

- 4. Amentia, & cecitate, ac furore mentis; ut consularum vehementia medicaminis; etenim peccatores, ni acrem tulerint dolorem, nunquam redibunt in mentem.
5. Amentia, cecitate, ac furore mentis: siquidem sine cecitate amentia oprabilis, ubi furor amentis ex flamma cordis.
6. Amentia, cecitate, ac furore mentis; Est speculum tyrannidis: pateque furor mentis in tormentis cogitatis perfectionis; quippe quò magis Martyres extinguiebant, eò magis Martyres pululabant.

DIDASCALIA PRIMA:

Culpa voluntaria amentia.

Amentia, gaudium de vulnere.

ET peior, quia voluntaria: igitur signum amentia, ubi quis gaudet de vulnere, & exultat præ dolore. Hinc

notata Proserpina stoliditas, & amara voluptas, eligentis Tartarum, quæ possidebat feliciter Cælum.

Colamell.

Deuter. 28. 18.

Pensius.

Et præponere dolere felicitati.

S. Profp.

Plin. Condicio Gelotophyllidæ.

Voluptas infanti.

Sideribus tristes umbras, & Tartara Cælo Præposuit. Ditemque Iovi, lethumque saluti.

Et nunc inferno potitur Proserpina regno. Accinit Moderat. Collumella de Cult. hortor. vers. 282. Siccine minatur Deus, si peccaverit electus populus; & ut clareat iustitia, ab ipso populo prænunciatur pena. Percutiat te Dominus (infit) amentia & cecitate ac furore mentis: equidem probat amentem, cordis cecitatem, mentisque furorem, possidere posse legibus perpetuè regna celorum, ac voluntariè illecebris præcipitari in infernum.

De Iove quid sentis? Esne ut præponere cures

Hinc cuiquam? Catnam? Peccati dololo mulcimini, ut studeant insanix voluntaria: igitur qui felicitati dolorem præponit, malum inter gaudia eligit, & pro viribus in cruciamina anhelat; amentia, cecitate, furore mentis laborat. Non sane sese ingereret in cruciatus, ni esset ac persisteret delirus, atque furiosus. Causam signat Prosper. Aquitanic. Epigram. 42.

Qui se peccatis gaudet feliciter uti, Infelix nimis est prosperitate sua. Dumque capit miseris effectus prava voluntas,

A vera semper luce fit exterior, Sumens pestiferà de consuetudine robur, Et sua complectens vincula mortis amor. Inque putres fibras descendat cura medentis. Ut blandum morbum pellat amica salus. Obijciuntur cogitationi omnia, ut paretur & vulneri & cerebro medicina.

2. De Gelotophyllida, herba singulari, asserit Plinius lib. 24. cap. 17. Si bibatur cum myrrha & vino, varias observari species, videndique finem non fieri. Mens amittitur, spectra varia videntur, imaginationi obiecta, in quibus nulla substantia. Unde miseri, quia videntur videre, incumbunt vane letitix, constitutz in læsa imaginatione: igitur risu ducente in mortem, per stultam apprehensam hilaritatem; mentem expriment emotam, & lethiferam insaniam, à seipsis vulnerati, sine vulnere dolore, quin apponi possit pharmacum, ut sedaret cerebrum: quandoquidem letari duntaxat potest insanus, quandiu demonstrat cum risu infixum pectori vulnus. De huiusmodi calice bibunt omnes peccatores terræ. Tendunt in insanias falsas, ubi caput miseris effectus prava voluntas: equidem unde acerbissimum dolorem, exhauriunt hilaritatem. Gestiant, exultant ad-

instar Curetum, illecebris voluptatum, seipso mutuo vulnerantes, & vulnera non sentientes; perspicua mentis insaniam, quippe læsa phantasia non sentient vulnere: equidem infani vel acrimonia dolorum, profusi tendunt in risum.

3. Narratio peccantium odiosa (inquit Siracides) & risus illorum in deliciis peccati. Non tam risus abominabilis, quam risus ex peccatorum deliciis. Risus exprimit gaudium: quidni gaudium, si delictum? Quippe inania cuncta, & hilaritas fatua. Bibunt ex calice Gelotophyllidæ iniquitatis, confecto cum myrrha criminis, cerebrum invertente varijs deliciarum speciebus, ex quibus oritur Sardonicus risus. Deliciae sunt in apparentia phantasia, quantum picta: verè profecto amaritudines, atque fictæ voluptates: gaudiumque odibile dicitur, quod ex delicijs peccatorum oritur: quoniam solummodo cerebri pertusi inanitas, mortis crucia. um potest vocare delicias. Risus ostendit internum gaudium, amaritudo tormentum: ride- turque risus ex peccati delicijs; quippe à phantasia invertuntur species: gaudioque ficto ita sedent in cerebro; ut solvantur expertes mentis in risum, dum sani erumpunt in sletum. Si ex vulnere perciperent innatum acrimonia dolorem, redirent ita debacchantes in mentem, & respicerent saltem pœna, ut viderent falsa gaudia: verum cum rideant effuse, ex quo reliqui afficiuntur dolore; inconvertibiles sunt, ac immedicabiles, iudicio inverfo rationis: quandoquidem gustantes amaritudinem, in myrrha inveniunt voluptatis dulcedinem. Hinc narratio peccantium odiosa, propter scandalum, & propter tormentum, quia alij delicijs dolent; dum illi rident: equidem cum cordis pravitas, in peccatis sollicitet ex narratione delicias; piget animum ludibrij, commisso scelere: igitur qui delicias ad insaniam usque querebat, & narratione flagrabat; invenit verum dolorem, atque amatam, fictam, apparentem voluptatem. Iuxta dolum criminis, in penitentiam refidet lumen rationis. In voluntate hominis salubritas mentis posita, quippe crimen insaniam voluntaria, qua ridetur felicitas, & aridet boni falsitas. Alliciuntur homines mulcimine voluptatis, quin velint cognoscere circumscriptionem mulcimini: equidem modò contemplantur delirij pericula, ab ipsis etiam cognoscetur amentia. Siquis subulsum se moveret super flum, sanum nunq haberet cerebrum? Si naretur cata-

Gaudia illorum triste.

Amaritudinem vocant dulcedinem.